

βουκολικὸν ἥρωικὸν / bucolicus (-um, -on) hexameter (-trum)

1. ANECD. CHIS. 16a (p. 28 Mangelsdorf) περὶ διαφορῶν τοῦ ἥρωικοῦ μέτρου. τοῦ ἥρωικοῦ μέτρου διαφοραὶ ζ'· κατενόπλιον, περιοδικόν, σαπφικόν, βουκολικόν, ὑπόρρυθμον, τέλειον, πολιτικόν ... τινὲς δὲ καὶ ὄγδοον προστιθέασι τὸ προβάθμιον, ὅπερ ἀρετὴ ἂν εἴη ἢ καλλίστη ἐν μέτρῳ, ὃ καὶ ἀπὸ μιᾶς συλλαβῆς ἀρχόμενον μίαν μέχρι τέλους προστίθησι συλλαβήν, ὡς τό· ([Hom.] *Il.* III 182)

ὦ μάκαρ Ἀτρεΐδη μοιρηγενῆς ὀλβιόδαμον.

ἔχει δὲ καὶ ἄλλην ἀρετὴν οὗτος ὁ στίχος, ὅλος ὢν κλητικός, ὡσπερ τὸ ἥρας Ἀτρεΐδης Ἀγαμέμνων ἐσθ' ὅλος.

ANON. *de hex.* 351. 11 διαφοραὶ στίχων εἰσὶν ἑννέα ... 21 sqq. βουκολικὸν τὸ μὴ ἐν τῷ μετρεῖσθαι λήγον εἰς μέρος λόγου· ([Hom.] *Il.* X 475)

ἐξ ἐπιδιφριάδος πυμάτης ἰμάσι δέδεντο.

APP. RHET. 340. 13 τούτου (*scil.* τοῦ ἥρωικοῦ) διαφοραὶ ἑπτὰ ... 23 sqq. βουκολικόν, ὃ ἐστὶ † τὸ μετὰ τρεῖς πόδας ἀπαρτίζον <εἰς> μέρος λόγου· ([Hom.] *Il.* X 475)

ἐξ ἐπιδιφριάδος πυμάτης ἰμάσι δέδεντο.

SCHOL. B in Herphaest. 293. 3 sqq. διαφοραὶ δὲ τῶν ἥρωικῶν στίχων εἰσὶν ἑπτὰ· κατενόπλιον, περιοδικόν, βουκολικόν, σαπφικόν, ὑπόρρυθμον, τέλειον καὶ πολιτικόν ... 12 sqq. βουκολικόν δέ <ἐστὶ> τὸ † μετὰ τρεῖς πόδας ἀπαρτίζον εἰς μέρος λόγου, οἶον· ([Hom.] *Il.* X 475)

ἐξ ἐπιδιφριάδος πυμάτης ἰμάσι δέδεντο.

2. SACERD. GL VI 502. 5 sqq. de dactylico metro. dactylicum metrum omnibus et simplicius et antiquius est, quod dividitur in species XVII: hexametras quidem quattuor, heroicam, bucolicam hexametram, choeriliam, priapeiam ... 10 sq. tetrametras duas, bucolicam tetrametram vel heroicam, anacreontiam.

SACERD. GL VI 506. 7 sqq. nunc de hexametro bucolico paulisper tractemus. quod metrum ab heroico hoc differt, quod illud schemata habet triginta duo, hoc vero decem. nam primi pedes tres variati schemata faciunt octo: nam quartus pes semper dactylus sit necesse est. quintus pes duo schemata habet: nam aut spondeus est aut dactylus. nam sextus, id est novissimus, sicut in heroico metro, indifferens inter schemata non computatur.

SACERD. GL VI 506. 14 sqq. de hexametro bucolico et eius schematibus decem. bucolicum hexametrum Daphnis pastor vel Thyrsis repperisse dicuntur, qui pastores et poetae fuisse perhibentur, de quorum officio nomen est inditum huic metro, ut bucolicum diceretur. de cuius schematibus exempla omnia de bucolico carmine Vergilii componamus. monoschematistis dactylicis hexametri bucolici fit hoc modo, si tres primos habuerit dactylos (nam de quarto nulla quaestio est, quod dactylus sit), ut: (Verg. *buc.* 5. 61)

ulla dolum meditantur, amat bonus otia Daphnis.

monoschematistis spondeadeus fit, cum tres primi pedes spondei sunt, <ut>: (Verg. *buc.* 4. 39)

mutabit merces, omnis feret omnia tellus.

trischematisti dactylīci dicuntur, cum duo dactylī sunt et spondeus: hi enim, id est dactylī, aut duo iuncti ponuntur et tertius spondeus, ut est: (Verg. *buc.* 3. 52)
quin age, siquid habes, in me mora non erit ulla;

<aut> dactylus, spondeus, dactylus, ut est: (Verg. *buc.* 3. 82)

lenta salix feto pecori, mihi solus Amyntas;

<aut> spondeus, duo dactylī, ut est: (Verg. *buc.* 3. 23)

si nescis, meus ille caper fuit, et mihi Damon.

hoc modo etiam trischematisti spondeadei fieri possunt, duo spondei et dactylus, ut est: (Verg. *buc.* 3. 79)

et longum formose, vale vale, inquit, Iolla;

spondeus et dactylus, spondeus, ut est: (Verg. *buc.* 3. 62)

et me Phoebus amat, Phoebo sua semper apud me;

dactylus, duo spondei, ut est: (Verg. *buc.* 5. 18)

iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.

de quinti pedis schematibus duobus damus exempla aut Vergiliū aut nostra: Vergiliū hoc est, ut dactylus sit quintus pes: (*buc.* 9. 51)

omnia fert aetas, animum quoque, saepe ego longos:

ut sit spondeus quintus pes, in hoc metro hoc erit exemplum:

Daphnidis hoc metrum vel Thyrsidis esse constat.

sic igitur bucolicum hexametrum schemata habet decem, heroicum vero hexametrum triginta duo.

ΑΡΘΗΟΝ. GL VI 114. 18 sqq. nam post duas incisiones eius (*scil.* hexametri heroi) proprias, id est penthemimeren et hephthemimeren, tertia est ea quam βουκολικὴν appellant, quae quarto pede semper sensum claudente distinguitur ideoque a Graecis sic appellatur, quod bucolici carminis haec lex sit, ut versus eius ea observatione formetur, ut ante duos ultimos quarto pede terminet aut partem orationis aut sensum, quam legem per omne opus sui carminis Theocritus Syracusanus exceptis tribus aut quattuor ferme versibus, e quibus sunt: (1. 28)

ἀμφῶες νεοτευχῆς ἔτι γλυφάνοιο ποτόσδον

et: (1. 39)

τοῖς δὲ μέτα γριπεύς τε γέρων πέτρα τε τέτυκται,

custodit: at noster Maro haud ita, quod utrum scrupulosum an supervacuum duxerit, ipse norit. quod Graeci sanxerunt, ne pars orationis aut sermo integer ullo verbi discidio interveniente seiungeretur, tamquam (Verg. *buc.* 7. 1) 'forte sub arguta consederat' tetrametrus; sequitur 'ilice Daphnis': hoc comma dimetrum epicum nuncuparunt. item (Verg. *buc.* 2. 6) 'ο crudelis Alexi nihil mea', dehinc 'carmina curas.' unde intellegi datur bucolicum carmen seu metrum ex tetrametri <et dimetri> versus copulatione subsistere.

ΔΙΟΜ. GL I 494. 29 sqq. versus herous senarius diversis vocabulis appellatur. idem enim et hexameter vel pythius vel epicus et priapeus et bucolicus vocatur, super quas appellationes etiam latine longus [pes] dicitur. heroicū igitur sunt, quotiens in primo spondius est et in tertio et in sexto. heroicus autem propterea dicitur, quod virorum fortium res gestas ac facta commemoret; he-

xametrum quoque, quod sex regionibus spondium et dactylum pedes diversis modis rationibusque conservet ... 495. 15 sq. bucolici sunt, quotiens in quarta regione dactylus finiens partem orationis invenitur.

ATIL. FORTVN. GL VI 292. 18 sqq. bucolicus similiter ab heroo venit. herous, si quarto pede partem orationis finiat, bucolicum facit, ut: (Verg. *buc.* 3. 60)
ab Iove principium Musae, Iovis omnia plena.

Theocritus hanc metri legem custodivit, Vergilius contempsit.

ATIL. FORTVN. GL VI. 303. 18 sq. nunc de epodis, quoniam supra originem nomen dixi, metra eorum quamquam simplicia sint et intellectu facilia, tamen breviter excurram ... 29 sqq.: (Hor. *epod.* 12. 1 sq.)
quid tibi vis, mulier nigris dignissima barris?
munera cur mihi curve tabellas.

primus herous hexameter, sequens tetrameter similiter dactylicus, qui bucolicon facit, si illi duos pedes reddas sic:

munera cur mihi curve tabellas omnia plena;

qualis est: (Verg. *buc.* 3. 60)

ab Iove principium Musae, Iovis omnia plena.

SERV. GL IV 461. 12 sqq. de bucolico. bucolicum constat hexametro (*scil.* dactylico) catalectico, ita ut quartus dactylus partem determinet orationis, ut est hoc:

rustica silvestres resonat bene fistula cantus.

FRAGM. BOB. GL VI 623. 14 sqq. sunt praeterea heroi versus, quibus et Homerus et Theocritus facile usi sunt, qui bucolici dicuntur, quorum caesura non penthemimeres nec hephthemimeres, id est in secundo et dimidio vel tertio et dimidio pede, sed in quarto, et finita quidem parte orationis, non, ut in illis, syllaba sequenti parti caesurae ex priore iuncta. huius exemplum est:

dic age, dic mihi, † bove Liburnica qui colis arva. [C.P.]